

8136 d. m. | Aur. Gratus | vixit annis | LXXX, Aur. Gratus | filius patri | b. posuit. | Bonas vi|as viator.

Bukaresti in museo (III 1626 p. 1424 vidit Domaszewski).

8137 d. m. | M. Aureli Donati | iunioris qui vixit | annis II mensibus II | diebus XVI, | M. Aurelius Donatus et | Iunia Felicitas | parntes (*sic*) filio suo | karissimo fecerunt. | Tu qui perleges vivas, | valeas, ames, ameris | usque at die tun (*sic*). B. b.¹

Romae (VI 13075 vidit Henzen). — 1) Bonis bene (perscriptum in titulis sepulchralibus VI 14401. VIII 7741; b. b. etiam supra N. 4432. 4493. 8026, alibi, potissimum in Africa, cf. C. I. L. VIII p. 1104; adde VI 27964 = Orell. 2814; X 2416).

8138 d. m. | Cassiae Festae | L. Arruntius Sta|chyus fec. coniugi karissimae b. m. | et Sex. Gellio Fes|to filio et Hygiae | vernae. Havete | amici et amicae | boni, Eutyche et Oecono|me et Princeps, ago | memoriae vestrae | gratias, b. b.¹

Romae, nunc Urbini (VI 14337 vidit Bormann). — 1) Cf. N. 8137.

8139 Bonus eventus¹. — Have, | C. Silici Romane Tha[g]orensis² et | [E]rucia³ Victoria. Dii vobis bene faciant⁴, | amici et parentes, | habeatis deos | propitios; salvi huc ad alogiam⁵ | veniatis, hilares cum omnibus.

Romae (VI 26334 vidit Henzen). — 1) Sic etiam in alio titulo sepulchrali, supra N. 1967. — 2) E Thagora Numidiae. — 3) 7 (fortasse signum interpunctionis) Frucia excepit Henzen. — 4) Similiter supra N. 6136. — 5) Idem vocabulum VIII S. 20334. Significatur cena funeraticia; cf. C. Gloss. Lat. V p. 163, 27: alogia convivium Graece (cf. ib. VI p. 34); Augustinus ep. 56 [86], 9. 11. 19.

8140 (*ascia*) | have Modii, | have Gemina. | Diis manib. | et memoriae | Septiciae Geminae | feminae sanctiss. | uniusq. marita[e], | L. Modius Annianus | coniugi karissimae | suiq. amantissim., | quae vixit cum eo | in matrimonio | annis XXX, | et sibi vivus fecit. | Amice, lude, iocare, veni¹.

Lugduni (XIII 2216 vidit Hirschfeld). — 1) Pentametri clausula (Borm.).

8141 d. (*ascia*) m. | et memoriae aeternae | M. Aureli Faustini¹ infantis dulcis|simi et incomparabili (*sic*), qui | vixit annis VIII m. II d. XIII, | qui sibi ante mortem ro|gavit quam parentibus | suis, C. Iul. Maximus filias|tro et Aurelia Faustina | mater. unico filio deso|lat. p. c.² et sub ascia dedi|caverunt.³ Multis annis | vivat, qui dixerit: Arpagi⁴, | tibi ter-ram levem.

Lugduni (XIII 2073 vidit Hirschfeld). — 1) Faustini inter versus minoribus litteris adiectum. — 2) Ponendum curaverunt. — 3) De hac formula, Lugduni potissimum (cf. supra N. 2312. 2389. 2405. 2407. 2465. 7028 seq. 7279. 7539 seq. 8050. 8054. 8079), sed etiam alibi (supra N. 7000; III 4742; cf. supra N. 8100) reperiri solita cf. Hirschfeld C. I. L. XIII, 1 p. 256 not. 1—4. — 4) Cf. XIII 2063: Arpagi dulcissime; adulescentes praematura morte ereptos hoc vocabulo (potissimum) designari putati Allmer (rev. épigr. 2 p. 170).